



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 112. Articuli contra Hussitas a Synodo decreti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Hussitarum petulantia Synodi Patres im-
A. C. 1418. pulit, ut viginti quatuor articulos con-
 derent, quibus malo magis magisque in-
 valescenti quodammodo remedium affer-
 rent; erant autem sequentes.

§. CXII.

*Articuli contra Hussitas a Synodo
 decreti.*

Juret Bohemiæ Rex, se libertates Eccle-
 siæ Romanæ, aliarumque Ecclesiarum
 in suo regno defensurum, atque Hussita-
 rum insultus repressurum; omnes Eccle-
 siastici & Laici Wiclefi, & Joannis Hussi
 doctrinam tenentes, illum abjurent, reni-
 tentes vero legum severitatem experian-
 tur; a suis beneficiis expulsi restituantur,
 atque intrusi inde expellantur; omnia
 bona Ecclesiastica, Sanctorum reliquiæ,
 Ecclesiarum thesauri, atque universim
 quævis ablata reddantur; Universitas
 Pragensis reformetur, Wiclefistis omnino
 exulare iussis; Hæresiarchæ principales
 ad Curiam Romanam venire compellan-
 tur; Communio sub utraque specie pro-
 hibebatur; Libri Wiclefi & Hussi necnon
 Jacobelli Legato tradantur comburendi;
 cantilenæ in Synodi odium, & Joannis
 Hussi & Hieronymi Pragensis laudem
 concinnatæ prohibeantur; sine Ordinarii
 consensu prædicare non liceat; cæremo-
 niæ

niæ & ritus Romanæ Ecclesiæ circa cultum S. Imaginum, & Reliquiarum venerationem observentur; relapsi ignis supplicio mulctentur; sæculares sub poena excommunicationis adversus delinquentes in præfatis teneantur auxilium præbere.

Sæcul. XV.

A. C. 1418.

§. CXIII.

Bulla Martini V. contra Hussitas.

Ad normam horum articulorum Martinus V. promulgavit Bullam adversus Hussitas die vigesima secunda Februarii datam, cujus diversæ editiones inter se non omnino conveniunt. In Hagenoensi, quæ Anno Domini millesimo quingentesimo prodiit, hæc Bulla pro Constitutione Synodali exhibetur, ut patet ex his verbis: *Sacro approbante Concilio*, in aliis vero editionibus illam auctoritate Pontificis Synodum approbantis conditam fuisse elucet, quia hanc præsefert epigraphen. *Epistola Martini V. damnationem errorum Wiclefi, & Joannis Hussi a Concilio Constantiensi factam approbans.* In pluribus Codicibus inscripta legitur ad Clerum, & ad Inquisitores hæreticæ pravitatis in Bohemia, Polonia, & Anglia, in aliis vero ad Archiepiscopos, Episcopos, atque Inquisitores ubicunque locorum existentes; quibus præcipitur, examinentur omnes delinquentes, atque hæretici, eo-

Vonder

Hardt to. 4.

p. 1418.

Schelst. dis-

sert. p. 188.

Hist. Ecclesiast. Tom. XXVI. Bb rum-